

& dominus marcus ut dicit capud illius piscis propriis oculis uidit in templo quoddam ydolorum &ct. //——.

Ad presens dicere volumus & narare immensam quantitatem reddituum quos magnus dominus ab ista ciuitate percipit. & ab alijs terris que ciuitati isti respondent/ que sunt pars nona siue regnum nonum prouincie ma[n]çi. & dicemus primo de sale. quia plus quantum ad reditum ualet. noueritis itaque quod sal reddit anis singulis octuaginta thoman de auro & quodlibet thoman est septuaginta milia sadiorum auri. & quodlibet sadium ualet pluri uno floreno aureo uel uno ducato aureo. Et ideo tantus est reditus salis in ista ciuitate quia est in confinibus iuxta mare ubi multitudo fit salis & ab ista ciuitate bene quinque regna manci pro eorum usibus sale suplentur. hoc quidem constat de sale. de alijs uero dicemus. In ciuitate ista nascitur çucarus in maxima quantitate. & in maiori quam in aliquam parte mundi. de quo sequitur multus reditus. set dicemus simul de omnibus speciebus nam quelibet species reddunt tres & tertium per c<sup>o</sup> 46r<sup>o</sup> percipitur multus reditus de uino quod de risis de carbonibus. de duodecim artibus que superius nominantur quarum habet quelibet xij<sup>m</sup>. ypothecarum de syrico. set quid quelibet mercatores qui per terram ad ciuitatem istam mercimonia portant. & ab ipsa ad alias partes reportant/ & etiam qui ab ipsa reportant per mare soluunt de mercimonijs ipsis trigesimum id est de triginta unum quod capit tres & tertium pro .c. set qui mercimonia portant ad ipsam per mare pro centenario reddunt decem de omnibus uero que nascuntur tam de animalibus quam de terra prouenientibus decima pars iurisdictioni dominij applicatur. ita quod de istis omnibus dominus marcus paulo qui pluries audiuit fieri rationem introitus absque sale dicit quod ualet continuo anis singulis ccx\* thoman sadiorum aureorum Et hec est nona pars prouincie manci. set tamen omnes istos reditus facit expendere magnus can in exercitibus custodientibus ciuitates & contratas. & in ipsarum ciuitatum indigentiam auferendam. Nunc uero ab ista ciuitate Qinsay discedemus quia sufficienter est de eius esse naratum & dicamus de esse Taipinçu //——

**Q**uando a Qinsay disceditur itur una dieta uersus syrocom inueniendo domos & uillas & uiridaria multum delectabilia. ubi inuenitur de omnibus uictualibus habundanter In capite uero diete inuenitur ciuitas tanpinçu ualde pulcra & magna que respondet ciuitatj Qinsay. cuius gentes adorant ydola. *adorant ydola & com-* monetam habent de cartis comburunt funera & sunt sub dominio magni can *viuunt burunt funera* de mercimonijs & artibus & habent de omnibus uictualibus habundanter. Alia 46v<sup>o</sup> non sunt ibi digna relatu & procedentes tractabimus de ciuitate| vugui. Et cum

\* The cc appear to be deleted, but F reads .cc.x tomam dor, stating that that is equivalent to 15700000 (sic) saggi of gold. R reads 210. tomani=16800000 saggi.